



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LX. Markgraf Ludwig bekundet, das Dorf Klein-Ziethen an Hermann von
Arnsdorf verliehen zu haben, am 11. November 1329.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

quod . . . abbas et conuentus monasterii choryn pecuniam sibi pro prefatis bonis in serwetiz debitam statutis locis et terminis plenarie persoluerunt, jta quod eidem pro huiusmodi grates dicunt. In huius rei certitudinem presentes litteras scribi fecimus et ciuitatis nostre sigilli robore communiri. Testes huius sunt Thidekinus annonis, Adam Ribow, Henricus de uinauia, burgenfes in angermunde, cum pluribus aliis fide dignis. Datum anno domini M°. CCC°. vicesimo septimo, ja crastino ascensionis domini.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

LX. Markgraf Ludwig bekundet, das Dorf Klein-Ziethen an Hermann von Arnsdorf verliehen zu haben, am 11. November 1329.

Nos Lodeuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, comes palatinus Reni, dux bawarie, sacri Imperii archicamerarius, recognoscimus per presentes, quod fidei nostro Vasallo Hermanno de Arnstorpe ejusque fratribus atque eorum veris heredibus contulimus debito pheodi jure nec non manu conjuncta paruam Cyten cum omnibus suis pertinentiis, cum omni jure, cum omni precaria, cum omnibus fructibus, commodis et utilitatibus, iudiciis et curruum seruitiis libere possidendam, sicut Fritfo de Crummenfe bone memorie dinoscitur cum omnibus suis distinctionibus possedisse. In cujus rei testimonium nostrum sigillum de certa nostra scientia presentibus est appensum. Testes affuerunt nobilis Guntherus, Comes de Lindoue, Hinricus de Sydowe, Richertus de Berlin, Beteko de Holfcendorpp et Hermannus de Wolkow, nostri milites, cum aliis de nostra familia fide dignis. Datum Leuenwalde, anno domini Millefimo CCC°. XX°. nono, die sancti Martini.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 469.

LXI. Markgraf Ludwig verzeignet dem Kloster Chorin eine Windmühle bei Goltze und bestätigt demselben die letztwillige Schenkung des Markgrafen Woldemar, am 29. März 1330.

In nomine Domini amen. Nos Lodeuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, sacri imperii Archicamerarius, protestamur presentibus et ad notitiam omnium volumus deuenire, quod deuotis in cristo uiris Abbati et conuentui monasterii sancte Marie in Choryn Cysteriensis ordinis dedimus et per presentes donamus proprietatem omnimodam molendini, quod pellitur vento, siti prope villam Goltiz, possidendam cum omni jure, fructu, commodo et libertate plenissima, ita quod ipsum molendinum licite poterunt destruere, in alium locum transponere, vel in usum quemcunque alium sibi placitum conuertere vel mutare. Renunciantes per presentes dicto molendino, proprietati ejusdem ac omni juri, quod nobis vel nostris successoribus possit competere in eodem, infra donationem proprietatis villarum Goltiz, magne Cyten et Bucholt atque pertinentiarum omnium earundem villarum, licet de aliqua ipsarum parte